



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispytatio XXVII. De amore creaturarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

IV. Ad amicitiam requiritur redamatio.

Ratio autem nostrae sententiae est: ad amicitiam enim, ex communi omnium consensu, requiritur redamatio, seu amor reciprocus, & ut persona amata, hujus amoris, alio amore respondeat: at in Patre aeterno, & Filio, eadem est voluntas & amor, & consequenter non distinctio amorum, sicque nec redamatio proprie dicta, nec amicitia.

V. Sitne amor Dei ad se dicendus amor concupiscentiae.

Uterius inquireret aliquis, si hic amor non sit amicitia, quis demum affectus sit? P. Erice n. 12. ait nec esse amorem amicitiae, nec concupiscentiae, sed affectum quandam medium, quem tamen numero 13. ait vocari posse concupiscentiam virtutalem. P. Arriaga hic, Disputatione vigesima-quarta, sectione quarta, subsec. secundam, num. 28. affectum illum Dei ad Divinas Personas absolute vocandum censet amorem concupiscentiae.

Ego amorem illum quo Persona aliqua Divina, sibi bona sua amat, existimo vocari posse concupiscentiae, seu charitatis propriae, cum non omnino sit ad alterum: Pater enim, esto realiter a Filio, & Spiritu Sancto distinguitur, a seipso tamen nullo modo est distinctus. Circa amorem vero illum quo una Persona fertur in aliam, Pater, exempli gratia, in Filium, puto nec esse amicitiam, ob rationem numero secundo & tertio, assignatam: nec etiam proprie concupiscentiam; non enim est usquequaque charitas propria; quamvis namque Pater quoad naturam identificetur cum Filio, realiter tamen etiam ab eo distinguitur. Tantum ergo deest huic actui de ratione amoris concupiscentiae, quantum Pater differt in omnimoda identitate cum Filio.

VI.

Diversa ratio amoris unius Personae Divinae erga se, & erga alias Personas.

DISPUTATIO XXVII.

De amore creaturarum.

SECTIO PRIMA.

Vtrum Deus se amet propter creaturas.

I.



UPLEX hac in re est sententia: prima Durandi in tertio, dist. 27. quaest. secundam, num. 6. ubi asserere videtur, dici nullo modo posse, Deum se propter creaturas diligere.

Secunda tamen aliorum opinio est, hoc nullam in se inordinationem aut indecentiam continere, ac proinde nihil esse cur Deo denegetur: ita P. Erice hic, tract. 2. disp. decima-quinta, cap. 3. P. Arriaga prima part. disp. 24. sect. 4. n. 30. & alii.

II. Finis duplex Qui, seu cuius gratia, & finis Cui.

Ad clariorem huius rei intelligentiam, notandum; duplicem a Philosophis distingui finem, nempe finem *Qui*, seu *cuius gratia*, & finem *Cui*. Finis *Cui*, est res illa, vel persona, cui bonum amatur, Petrus exempli gratia, sanitatis. Finis *Qui*, seu, *Cuius gratia*, est bonum illud, quod alicui optamus, quodque per media obtinere nitimur, ut sanitas respectu Petri. Est autem finis *Qui* ordinatur ad finem *Cui*, non tamen est medium respectu illius, cum ad illum acquirendum non ordinatur, sed est finis, & uterque integrat unum finem totalem: nec enim sanitatem in abstracto optamus, sed in Petro, sicque finis integer & adequatus est Petrus sanus, & ad eam in Petro efficiendam pharmaca velut media adhibentur. Quae fufusa declarata sunt Disputatione 23. Physica, sect. prima.

III. Deus amare se ipsum potest propter creaturas.

Existimo itaque cum Erice citato, & aliis, posse Deum se ut finem *Qui* amare creaturis ut fini *Cui*. Imo, de facto Deus actu aliquo amat se ut bonum creaturarum; verum enim vult creaturis rationalibus beatitudinem, & consequenter vult se illis ut bonum ipsarum summum & ultimum: hoc autem est, Deum amare seipsum propter creaturas.

IV.

Confirmatur: Homo per actum sui vult & amat Deum sibi, tanquam suum bonum: qui tamen

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

men actus tantum abest, ut aliquid in se inordinati contineat, ut fide certum sit eum esse bonum & honestum: ergo actus, quo Deus amatur homini, nihil in se continet indecori, sicque non est cur quis refugiat eum Deo concedere: quicquid enim in se usquequaque perfectum est, ac decens, Deum dedecere non potest. Confirmatur secundum: Deus revera est bonus creaturis; ergo potest se sub hac ratione amare: omnis quippe bonitas, sub omni ratione qua amabilis est, amari potest.

Hoc ulterius ostenditur exemplo actus sui in creatis.

Dices: In huiusmodi actu apparet indecentia; non enim est usquequaque perfectus; perfectior namque est actus ille quo Deus creaturas amat propter seipsum. Respondetur, non esse quidem actum ratione nostram usquequaque perfectum positivum, seu omnem in conceptu suo objectivo perfectionem involvere, esse tamen usquequaque perfectum negativum, id est, nullam in se continere imperfectionem.

V.

Nulla in actu quo Deus amatur se propter creaturas, apparet indecentia.

Non est ergo necessarium ut omnis Dei actus, sive intellectus, sive voluntatis, sit usquequaque perfectus positivum, seu, ut omnem in se perfectionem ratione nostram complectatur, ut ostendi Disp. 22. sect. 5. num. 6. & sect. 6. num. quarto, & deinceps. Sic scientia qua Deus cognoscit, & potentia qua producere potest equum, non est formaliter tam perfecta ac scientia qua cognoscit, aut potentia qua potest producere Angelum, Realiter tamen loquendo, omnis actus divinus est etiam positivum perfectissimus, cum actus ejus omnes per conceptus nostros distincti, & separatim representati, a parte rei identificentur, sicque actus quivis, realiter loquendo, habet virtutem omnium, imo perfectionem omnem possibilem.

VI.

Non omnis actus divinus est ratione nostram perfectissimus.

Dices secundum: Actus quo Deus amaret se propter creaturas, esset inordinatus; inverteret enim ordinem rerum; creaturae siquidem ordinantur ad Deum tanquam ad finem, non Deus ad creaturas, quod tamen fieret si Deus se propter eas amaret. Respondetur, creaturas quidem ad Deum tanquam ad finem ultimum naturam suam referri, utpote ad cuius

VII.

Actus, quo Deus se propter creaturas amaret, non foret inordinatus.

gloriam

gloriam per se ordinantur; Deus tamen, cum sit bonus & conueniens creaturis potest hoc modo ipsis, & à nobis, & à Deo ipso, sine naturæ inversione amari, cum amari possit sicuti est: quod enim à parte rei, & physicè, non est inordinatum, non potest esse inordinatum in intentione, & formaliter.

VIII. *Obiectur, creaturas hoc actu plus amari quam Deum.*

Dices tertio: hinc sequi, Deum hoc actu plus amare creaturas, quam seipsum; quoties enim quis unum amat propter aliud, magis semper amat id propter quod aliud amatur: ergo plus hic amatur res creatæ, quam Deus; ergo actus est inordinatus, cum per illum creatura præferatur creatori. Sed contra: Deus ratione nostrâ habet actus, quibus creaturas amat propter seipsas, & consequenter per hos actus, formaliter loquendo, non omnino amat seipsum; ergo à fortiori habere potest actum, quo se simul amet cum creaturis, quamvis formaliter minus se per illum amet, quam creaturas: hic enim actus perfectior est præcedente; ergo minus Deo repugnat quam ille. Numero autem decimo ostendetur, hoc non esse præferre creaturam creatori.

IX.

Respondetur itaque, nihil in hoc esse incommodi, ut scilicet actu aliquo objectum magis bonum minus ametur quam objectum minus bonum, ut supra numero quarto vidimus de actu spei in creatis, quo Deum nobis amamus. Est quidem actus, quo Deus amat se propter creaturas, non ita perfectus atque actus quo se amat propter seipsum, sed non propterea est à Deo excludendus; actus quippe imperfecti negativè, seu non ita perfecti, ut numero sexto ostendi, Deo non repugnant, sed illi soli qui positivè sunt imperfecti, seu aliquid in se indecens, aut inordinatum continent.

X.

Ex eo quod Deus diligit se propter creaturas, non sequitur eum præferre creaturas sibi.

Urgebis: hoc ipsum est inordinatum, quod nimirum Deus amet se propter creaturas, sicque minus se quam creaturas diligit; hoc namque est creaturas præferre sibi, quo nihil esse potest inordinatum. Sed contra; ergo actus spei est inordinatus & inhonestus; quod est contra fidem. Sequela probatur: per actum enim spei amamus Deum nobis, seu propter nos; ergo per hunc actum magis amamus nos, quam Deum; nam propter quod unumquodque tale, & illud magis. Ad id verò quod additur, Deum, si habeat hunc actum, præferre creaturas sibi, dico hoc nullo modo sequi: actus enim quo Deus amat se propter creaturas, non excludit actum quo Deus amat se super omnia, & propter seipsum. Sicut etiam in creatis, actus spei quo Deum amamus nobis, non excludit actum charitatis, quo illum propter se, & super omnia diligimus; ergo per actum illum non præferimus creaturam Deo, sic enim consistere non posset cum actu charitatis, seu amoris Dei super omnia; hæc duo namque stare simul nequeunt absolute præferre creaturam Deo, & nihilominus amare eum super omnia; illud siquidem idem sonat ac relinquere amicitiam Dei, ut quis fruatur creaturis, sicque in malo semper sensu accipitur. Videatur Vasquez, prima parte, quasi sexagesimâ, art. quinto, num. trigesimo-tertio, tibi ostendit, Angelum, aut hominem, dum Deum amant, ut bonum sibi, plus se amare quam Deum: se enim, inquit, amant amore amicitie, Deum amore concupiscentiæ: in quo tamen ibidem declarat, quo pacto nihil præposterum, aut inordinatum reperitur.

XI. *Amare etiam*

Quares: Utrum Deus non solum amare se possit propter creaturas ut propter finem Cui,

quod jam declaravimus, sed etiam propter illas tanquam propter finem Cui, seu ut utilis est illis? Respondetur, posse: Deus enim videt varia sua attributa hominibus esse utilia, potentiam scilicet, prudentiam, &c. ergo sub hac ratione potest se, & has perfectiones nobis amare. Nec obstat, hæc attributa esse infinities creaturis perfectiora: nullam enim arguit imperfectionem, rem nobiliorem esse bonum utile respectu rei minus præstantis: sic enim Sol est utilis ad producendam lucem, ignis ad calorem, &c. & universim hoc contingit in omni causa æquivocâ.

se potest Deus propter creaturas, ut propter finem Cui.

Existimo nihilominus, Deum non esse vocandum medium: hæc enim vox denotare videtur, non solum aliquid esse alteri utile, sed ut minus bonum ordinari ad aliud, quod de Deo dici non posse est manifestum: etsi enim nobis summè utilis sit, utpote à quo in nos bona omnia, tum naturalia, tum quæ supra naturam sunt, proficiuntur, clarum tamen est eum ad nos, tanquam quid minus bonum, non ordinari.

XII. *Deus vocari non debet medium respectu creaturarum.*

SECTIO SECUNDA.

Quomodo Deus ea quæ liberè amat, amet propter seipsum.

Quomodo, inquam; nam Deum de facto omnia propter se amare, indubitatum apud omnes est dicente Scripturâ, Proverb. 16. vers. 4. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus.*

I. *Deus de facto omnia amat propter seipsum.*

Inprimis, non videtur Deus propriè res creatas amare ut media in ordine ad suam bonitatem, tanquam ad finem, ut vult Suarez Relect. 1. de libert. Dei, cap. secundo, Molina hic, articulo secundo & tertio, & alii non pauci: licet enim possit Deus rem unam velle tanquam medium in ordine ad aliam, veluti ad finem per illam consequendum, cum verè una res ad aliam creatam consequendam utilis sit; quo sensu reliqua ordinat Deus ad suam gloriam, quæ est quid creatum; tota tamen universitas rerum non potest esse medium, seu bonum utile; nec enim ad quid creatum tanquam ad finem, cum hoc contineatur in totâ collectione rerum creaturarum; nec ad bonitatem Dei in se, cum Deus seipsum necessariò & essentialiter possideat, independenter ab ullâ creaturâ, ad quam proinde consequendam nihil creatum conducere potest.

II. *Deus non amat propriè res creatas ut media ad suam bonitatem.*

Nec videtur hoc solum sensu Deus amare omnia propter seipsum, quod ex impulsu primi illius amoris, quo se necessariò amat, reliqua velit & creet; hoc enim ad summum efficeret, amorem creaturarum esse actum imperatum amoris Dei, non tamen terminativè ex illo motivo procedere, & habere Deum pro objecto.

III. *Alia via, quâ Deus dicitur omnia amare propter seipsum.*

Dices: amare quis dicitur medium propter finem, medicinam scilicet propter sanitatem, eo ipso quod ex amore quem habet finis, seu ex eo quod amet finem, oriatur actus electionis medi; ergo pari modo, si Deus, ex eo quod amet se, velit producere creaturas, dicitur velle creaturas propter seipsum. Sed contra: lata enim in hoc est disparitas: per electionem namque tendit quis ad medium formaliter ut utile est ad consequendum finem; ad Deum autem ut finem à seipso consequendum, nihil utile esse potest, ut num. secundo ostensum est.

IV. *Disparitas inter media & finem, Deum & creaturam.*

Existimo

V. Existimo itaque, Deum, dum omnia amat propter seipsum, estque ut a, id est, principium eorum productivum, ita & ω, hoc est, id ad quod tanquam ad ultimum omnia ordinat, & producit; existimo, inquam, ea non ordinari ad Deum tanquam media proprie ad finem, cum non possint hoc modo conducere ad bonitatem Dei, ut ostensum est, sed vult creaturas tanquam finem *cujus gratia* sibi ipsi tanquam fini *Cui*, quatenus scilicet ostensio bonitatis & communicatio sui per productionem creaturarum est bonum quoddam Deo honestum & conveniens; est enim quaedam liberalitas, & res Deo dignissima. Unde, si per medium, hoc & nihil aliud velint Auctores primæ sententiæ, rectè dicunt; nam finis *cujus gratia* solet lato modo vocari subinde medium, vel quia ulterius ordinatur ad finem *Cui*, vel quia illa omnia, de quibus est consultatio & electio libera, vocat Aristoteles & S. Thomas media; homines autem interdum consultant non de mediis solum, sed etiam de fine in materiis particularibus. Nec tantum medium utile amatur propter aliud, sed etiam finis *cujus gratia* ob finem *Cui*, non quidem ut utile illi, seu ad illius consecutionem conducens, sed ut bonum honestum ei vel jucundum, & hoc lato modo dici potest medium.

SECTIO TERTIA.

Positne Deus amare creaturas propter seipsas.

I. Nullus est amor in Deo, qui non sit realiter amor Dei. CERTUM in primis est, nullum esse amorem in Deo, qui realiter non sit amor Dei; cum, ut Disp. precedente, sect. 1. ostendimus, Deus necessarid amet seipsum, utpote qui est infinite perfectus, & primum objectum, ac perfectissimum divinæ voluntatis.

II. Deinde, sicut in creatis idem indivisibilis actus, tum bonus, tum malus, varias in se rationes complecti potest vel virtutis, vel vitii; ut idem actus peccati habere potest malitiam inobedientiæ, injuriæ, sacrilegii &c. & idem actus bonus honestatem obedientiæ, justitiæ, religionis, si fiat ad cultum Deo exhibendum &c. ita etiam nil vetat quo minus idem actus indivisibilis Dei, licet prout est actus necessarius, sit essentialiter amor Dei, possit tamen, ut liber est, ob varias honestates & motiva operari, & diversas rationes virtutum moralium fortiri, ut misericordiæ, justitiæ, &c. imò ut liber, potest esse simul actus justitiæ, aut alterius virtutis, si secundum terminationem, ex motivo justitiæ, aut illius virtutis procedat, & simul esse potest charitatis, cum Deus rem aliquam vult propter seipsum.

III. Quæstio itaque præsens est, utrum actus voluntatis divinæ, in quantum liber est, ita ex honestate, & motivo creato ferri in creaturam aliquam possit, ut non velit illam Deus propter seipsum, & consequenter actus ille secundum terminationem liberam, non sit actus charitatis, seu amoris Dei.

IV. Prima sententia est P. Suarez, disp. 24. Metaph. sect. 3. & hic, lib. 3. cap. 7. num. 3. quem sequitur P. Tannerus To. 3. disp. 2. q. 2. num. 17. P. Alarcon hic, tract. 3. disp. 2. cap. 3. & multi tenent ex recentioribus. Afferit itaque hæc sententia, Deum actu nullo in creaturas ferri nisi propter seipsum, seu eas ad se tanquam ad finem ultimum referendo. Divinam proinde bonitatem aiunt hi Auctores, esse

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

primam rationem ob quam Deus vult creaturas, quamvis earum etiam bonitatem, majorem vel minorem, in illarum volitione attendat, ut ordinatè procedat; omnem tamen semper bonitatem creatam non volendo nisi propter bonitatem suam.

Secunda è contrariò sententia affirmat, posse Deum amare creaturas propter seipsas: ita Vasq. 1. p. disp. 82. cap. 2. & disp. 84. cap. etiam secundo: Coninck de Charitate, disp. 21. num. 23. Herices, disp. 18. cap. 2. & alii, mihi que videatur probabilior.

Ratio est: nam velle bonum creaturæ rationali ut est illius bonum, est actus per se honestus & rationi consonus; ergo non est quo minus Deo possit competere, sicut alia objecta, quia honesta sunt & recta rationi conformia, in Deo reperiuntur, ut non mentiri, stare promissis, & id genus alia, quorum materiam certum est Deo convenire posse. Unde, licet simpliciter amet se Deus plus quam creaturas, quia amat se necessarid, à quo amore cessare nullo pacto potest, non tamen est necessarium ut amore libero se omni actu amet plus quam illas, & consequenter nec ut eas semper amet propter seipsum.

Dices, supra asseruisse nos, licet possit Deus cognoscere creaturas in seipsis, non tamen ita posse illas cognoscere, ut non simul cognoscat eas in seipso; ergo nec ita potest eas velle, quin velit etiam propter seipsum. Negatur tamen consequentia; intellectus enim non est potentia formaliter & intrinsecè libera, sicut voluntas: unde, posito objecto, videt illud necessarid omni modo quo visibile est, nec ullus est finis, cur non cognosceret objectum Deus omni modo quo cognosci potest. At verò voluntas, cum sit facultas formaliter libera, potest pro arbitrio, sicut omnino nihil velle ad extra, ita & velle ex hoc vel illo motivo; & hæc est perfectio propria illius. Nihilominus, amore necessario Deus fertur semper in seipsum, omnisque ejus amor est realiter amor Dei, realiter scilicet cum eo identificatus: amore tamen libero amare creaturas potest, non eas omni actu referendo ad seipsum.

Hinc infero, à fortiori posse Deum velle liberè creaturas propter seipsas, si simul velit eas propter seipsum; sicque ex duplici motivo, vel totali, vel saltem partiali: si enim possit eas velle adæquate propter seipsas, multò magis conjungendo amorem illum simul cum alio procedente ex motivo longè perfectiore, nempe excellentiæ & bonitate increatæ Dei.

Præterea, dicunt communiter Theologi cum S. Thoma, 2. 2. quæst. 23. Deum amare creaturas, saltem rationales, amore benevolentis; ergo vult ipsis bonum propter ipsas, seu quia est bonum illis; alioqui si solum velit illis bonum propter seipsum, jam non amore benevolentis illas prosequitur, sed concupiscentiæ.

Objicies primò: Deus est finis ultimus omnium creaturarum, utpote ad quem res omnes ordinantur; ergo amari ordinatè non possunt nisi propter Deum, seu eas ad Deum tanquam ad finem ultimum referendo. Contrà: ergo inordinatus est actus spei quo Deum hic in viâ amamus nobis. Contrà secundò: ergo nec proximum amare liceret nisi propter Deum; quod dici nullo modo debet. Respondetur itaque, ad hoc ut Deus sit ultimus finis, sufficere quòd omnia ad eum ex naturâ suâ, & intrinsecè ordinentur; unde & Deus de facto eas vult propter seipsum, & ad se cuncta per suam volitionem ordinat; hoc tamen non est simpliciter necessa-

V. Secunda è probabilior sententia docet, posse Deum amare creaturas propter seipsas.

VI. Velle bonum creaturæ rationali, ut bonum illius est, non est quid Deo indignum.

VII. Diversitas in modo procedendi inter intellectum & voluntatem.

VIII. Ex duplici motivo amare potest Deus creaturas.

IX. Deus amat creaturas rationales amore benevolentis.

X. Quòd Deus sit finis ultimus creaturarum, non impedit quòd minus sint illa amata, si propter seipsas.

Quid sit Deum esse finem ultimum creaturarum.

necessarium: cum enim habeant res creatæ suam sibi intrinsicam bonitatem, possunt à Deo pròpter illam in seipsis amari.

XI.
Quod bonum omne creatum sit participatio bonitatis Divinae, non obstat, quin Deus amare creaturas possit propter seipsum.

Objiciunt secundo: creaturas esse participationes quasdam Dei, & bonum omne quod habent, à bonitate Divinâ veluti è fonte derivari: cum ergo Deus res creatas amet ut sunt participationes bonitatis Divinæ, amat eas propter seipsum. Respondetur: quantumcunque creaturæ sint participationes bonitatis divinæ; cum tamen hæc participatio sit ipsa entitas, bonumque rebus creatis intrinsicum, potest Deus illas propter hanc bonitatem præcisè diligere, cum in ea sit quædam amabilitas, & consequenter aptitudo ad terminandum amorem divinum; nihil enim in hoc incommodi, ut jam ostensum est.

XII.
Virum Deum affectu benevolentia feratur erga creaturas irracionales.

Hæc de creaturis rationalibus: de irracionales enim, præter Suarez citatum, Pater Vasquez hic, disp. 84. c. 2. & alii negant posse Deum in eas ferri affectu benevolentia: aiunt enim res istas, ejusmodi amoris capaces non esse, nec nisi amore concupiscentiæ diligi posse, & in ordine ad racionales. Mihi tamen probabilius videtur, nihil obstare quo minus possit Deus erga creaturas etiam irracionales, affectum aliquem benevolentia habere, bonum nempe iis in suo genere volendo, esse scilicet, & conservari: ita Molina prima part. q. 20. art. 1. & alii.

XIII.

Ratio est: hic enim affectus, velle scilicet rebus, etiam irracionales, suum esse, est bonus, nihilque in se continet inordinati. Unde in sacra Scripturâ, Dei in has etiam creaturas beneficentia laudatur: beneficentia autem non esset, si merè amarentur propter aliud.

SECTIO QUARTA.

An ex parte rerum creaturarum dari possit causa Volitionis divinæ.

I.
Status quaestiois proponitur.

VOLITIONES divinæ libera (de his enim solis in præsentem est sermo) supponunt sæpe res aliquas creatas existentes; volitio exempli gratia, puniendi, supponit peccatum; volitio remunerandi, meritum, & sic de cæteris. Quarimus itaque in præsentem, utrum, sicut in his & similibus inter objecta ipsa est realis subordinatio, ita ratione nostrâ sit quædam etiam subordinatio in actibus divinis, ita ut res una creata sit ratio cur Deus velit aliam.

II.
Duplex sententia de causa volitionis divinæ.

Divisos inter se de more video Auctores. P. Vasq. hic d. 82. c. 2. quem sequitur P. Alarcon 1. part. tract. 3. disp. 2. cap. 2. negat inter divinas volitiones esse ratione nostrâ istiusmodi subordinatorem, & rem unam ullo modo causam existere cur Deus velit aliam. Suarez verò hic, lib. 3. cap. 7. num. 12. Arubal 1. part. disp. 57. Tannerus hic, Disp. 2. quaest. 10. dub. 5. num. 8. Valentia hic, q. 19. punct. 5. Molina hic, quaest. 19. art. 5. P. Arriaga 1. part. Disput. 24. sect. 8. & alii, affirmant dari in volitionibus divinis istiusmodi subordinatorem.

III.
Causa physica divinæ volitionis dari non potest, tamen potest illius causa moralis.

Conclusio: Quamvis volitio divina realiter ac physice causari nequeat, (quo sensu S. Thomas, & cum eo Theologi dicunt, voluntatis divinæ non posse dari causam) verè tamen Deus rem unam creatam vult propter aliam, media, exempli gratia, propter finem, præmium propter merita, &c. sicque dari potest, non physica, sed moralis causa volitionis divinæ.

Ratio est: Causa namque moralis est illa, quæ cognita movet ad aliud quidpiam illius intuitu volendum; sed hoc in actibus Dei liberis sæpenu-mero contingit; culpa enim cognita movet Deum ad puniendum, merita ad præmiandum, &c. Ergo datur divinæ volitionis causa moralis, & Deus unum vult propter aliud. Nec enim ex seipsis hoc habent merita & præmia, ut unum existat propter aliud, sed à Deo causâ intentionali intentionaliter seu intellectualiter operante, & ex unius cognitione, dare aliud statuere, ob bonitatem scilicet in re illâ prævisam, à qua movetur ejus voluntas ad præmium illius intuitu conferendum: hic autem est propriissimus conceptus causæ moralis.

IV.
Obstat, volitio dari causam moralem.

Deus, ut agens intellectuali, præmiat & puniat.

V.
Res creata, non semper sunt pure in eia respectu divinæ voluntatis, sed interdum sunt

Media subinde movet ad aliam media eligenda.

Objicies primo: Res omnes creatæ, respectu voluntatis divinæ, sunt media, non finis: inter media autem unum non movet ad aliud. Ratio itaque adæquata movens Deum instar finis, est bonitas divina. Sed contra: jam enim ostendimus, Deum non omnia velle ut pure media, sed quædam ut finem cuius gratia; hujusmodi autem finis movere solet ut media quis eligat ad illius consecutionem. Deinde, ea quæ respectu finis alicujus remoti, sunt media, possunt ad alia media eligenda movere voluntatem: sic qui doctrinam desiderat, studium tanquam medium ad illius adeptionem eligit, ad studium melius perficiendum libros emittit, adit scholam, & id genus alia præstat, quæ inter se sunt fines & media, quamvis omnia tandem ad doctrinam tanquam ad finem remotum & ultimum referantur, & respectu illius ut media eligantur. Idem ergo hic dici potest de Deo.

VI.
Non negat S. Thomas volitionem divinam dari causam moralem.

Objicies secundo S. Thomam hic quaest. 19. a. 5. Ubi negat voluntatis divinæ dari causam, & in fine corporis sic habet: Vult ergo (Deus) hoc esse propter hoc; sed non propter hoc vult hoc. Respondetur, solum negare S. Thomam voluntatis divinæ dari causam physicam, seu divinam volitionem per influxum physicum causari ab objectis; nunquam autem negat causam moralem, seu rationem unde moveatur divina voluntas ad unum volendum propter aliud, pluviam exempli gratia, vel serenitatem ob piorum hominum preces: ubi ita intuitu harum precum habet Deus volitionem hic & nunc dandi pluviam, ut nisi illis visis, cumque moventibus, volitionem pluviz non habuisset: quod est, preces esse causam moralem voluntatis dandi pluviam. Quo sensu dixit S. Augustinus: Si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non habuisset. Unde, 1. contra Gent. cap. 86. & 87. cum negasset dari causam divinæ voluntatis, ait nihilominus dari illius rationem. Et eodem modo intelligendus est S. Augustinus, dum negat divinæ voluntatis dari causam; solum enim negat causam propriam, seu physicam.

Concedit S. Thomas dari rationem divinam voluntatis.

SECTIO QUINTA.

An in actibus divinis ordo aliquis reperiat.

VOLITIONES omnes divinas realiter inter se identificari certum est: nullus proinde hoc sensu, prioris & posterioris, in ipsis reperiri ordo potest. Hic ergo inquirimus, an saltem ratione nostrâ in volitionibus ac decretis divinis alia aliis priora aut posteriora cum fundamento censeri possint.

I.
Status quaestiois.

II.
Negant Nominales stratum.

Prima sententia est Nominalium, signa omnis rationis in decretis ac volitionibus divinis negantur.

gna ratio- nis in voli- tionibus di- vinis.

tium, Deumque, non re magis, quam ratione, unico actu omnia velle asserentium, sicque priori- tatem nullam aut posterioritatem in voluntatis ejus operationibus reperiri affirmant. Ita Ockam in 1. dist. 9. quest. 3. Gabriel in 3. d. 2. quest. unica, a. 3. dub. 3.

III. In decretis, & volitionibus divinis datur ordo prioris & posterioris.

Communis tamen & vera sententia Theologo- rum asserit, inter volitiones, & decreta Dei, varia signa & instantia rationis inveniri, actusque alios, aliis priores, aliis posteriores cum fundamento concipi à nobis posse: ita Valentia 1. part. q. 19. p. 5. Suarez hic l. 3. c. 7. & 3. part. Tom. 1. disp. 41. sect. 4. Tannerus 1. part. d. 2. quest. 10. dub. 5. P. Arriaga hic, disp. 24. sect. 9. & alii passim.

IV. Sancti Patres ordinem prio- ris & poste- rioris in di- vinis voli- tionibus ag- noscunt.

Hæc etiam aperta videtur mens sanctorum Pa- trum; S. Augustini in primis, qui inter prævisionem meritum in hominibus, & electionem ad glo- riam, subordinationem statuit, & consequenter ordinem prioris & posterioris in actibus divinæ voluntatis admittit; electio enim ad gloriam juxta S. Augustinum supponit prævisionem meritum, prævisio autem supponit voluntatem homines creandi, cum supponat eorum existentiam, nam sup- ponit opera, quæ necessariò præsupponunt homi- num existentiam, & hæc creationem. Idem docent passim alii Patres, S. Chrysostomus, S. Ambrosius, S. Prosper, & alii, qui similem subordinationem inter gloriam & opera bona, sicque inter divinas volitiones, quæ ad illa præsupponuntur, consti- tuunt.

V. S. Thomas similem in divinis de- cretis ordi- nem admis- sit.

Hæc insuper est sententia Doctoris Angelici, ut, variis ejus adductis testimoniis, ostendit Tan- nerus citatus. Et sanè nihil apud sanctum Docto- rem frequentius, quam unum voluntatis actum in Deo alium præcedere. Sic 3. part. q. 1. a. 3. docet, si Adamus non peccasset, Verbum non fuisse car- nem assumpturum; quo clarè constare videtur, voluntatem creandi Adamum, imò & voluntatem peccati illius permissivam, decretum de Christi Incarnatione antecessisse. Sic primâ parte, qu. 23. art. 5. ordinem similiter prioris ac posterioris sta- tuit inter electionem ac meritum prævisionem, & consequenter voluntatem homines creandi, & gratiam iis ad benè operandum conferendi. Sexcenta alia ex S. Thoma proferri possent, sed hæc sufficiunt ad ostendendum, cum hujuscemodi ordinem in actibus divinæ voluntatis admisisse.

VI. Ab unâ re volitâ me- vetur fra- quenter Deus ad volendam aliam.

Ratio denique conclusionis est: nam, ut Sect. præcedente, præcipue num. 4. & 6. ostendi, Deus ab unâ re creatâ positâ & prævisâ movetur sæpe ad volendam aliam, ut, à piorum hominum precibus ad multa vel iis, vel aliis beneficia concedenda: ergo voluntas ad preces illas concurrendi, homi- nesque ad eas fundendas excitandi, multò magis voluntas creandi hos homines, voluntatem benefi- cia harum precum intuitu conferendi antecedit. Idem est de peccatis, & finali impenitentia præ- visis, ad voluntatem reprobandi, & pœnas æternas infligendi.

VII. Non potest Deus unico indivisibili actu velle præmium propter me- rita, sed hæc debent esse ad decretum præmii præ- visa: quod à fortiori dicendum de pœnâ.

Nec satisfacit quod respondent aliqui, nempe, nil opus hîc esse pluribus actibus, etiam ratione distinctis, sed Deum, cum ab æterno viderit quid conditionatè in omni rerum peristatî esset futurum, unico simplicissimo actu, & re, & ratione omnia decrevisse. Nullus ergo hic, inquam, ordo prio- ris & posterioris in actibus, cum nulla inter eos, ne quidem ratione, sit distinctio. Hoc, inquam, non satisfacit: primò enim in reprobatione, & in- flictione pœnæ, locum non habet hæc responsio: hoc enim fieri nequit nisi ob peccata actu prævisa, sicque voluntas puniendi, uno saltem signo sequi-

tur peccati permissionem, & prævisionem, & hæc voluntatem creandi hominem, qui peccatum com- mittit; ergo hîc admitti necessariò debet ratione nostrâ pluralitas, & prioritas ac posterioritas actuum divinæ voluntatis. Imò nec in voluntate dandi gloriam ob merita subsistit hæc doctrina; opera enim bona possibilia tantùm, aut etiam con- ditionatè futura, non sufficiunt ad movendum Deum per modum meriti, seu ut intuitu eorum det præmium; ut in materiâ de prædestinatione la- tius dicetur.

VIII. In quo prio- ritas hæc & posterioritas volitionum divinarum consistat.

Quandocumque ergo per actus ratione nostrâ distinctos Deus vult unum propter aliud, volitio illius propter quod rem illam vult, est prior volitio- ne alterius: sicut si Divini Verbi Incarnationem voluit Deus propter hominum salutem, et si Incar- natio sit prior dignitate, salus tamen est prior cau- salitate, unde & volitio salutis hominum, est ratione nostrâ prior volitione Incarnationis.

IX. Prioritas & posterioritas horum actuum non pendet semper à subordina- tione oby- ctorum.

Hinc demum constat, prioritatem vel postero- ritatem actu divinæ voluntatis non esse defu- mendam semper à naturali subordinatione oby- ctorum in quæ tendunt; Incarnatio siquidem nul- lam ex naturâ suâ habet ad salutem hominum sub- ordinationem, unde & illam velle posset Deus in- dependenter ab hominum salute, & hanc similiter independenter ab Incarnatione, & utramque dispa- ratè. Quòd ergo volitio unius objecti sit prior vel posterior volitione alterius, pendet ut plurimum à solâ Dei libertate, qui pro libitu unum velle potest propter aliud, Petrum scilicet propter Paulum, & è contrâ; vel etiam, si velit, utrumque concomi- tanter. Quo pacto autem hi tres actus differant, dicitur cum de actu libero Dei.

SECTIO SEXTA.

Verùm Deus amet creaturas possibiles.

DUPLEX, ut supra disp. 22. sect. 4. & 5. vidi- mus, est in Deo scientia rerum possibilibum ratione distincta; una per quam eas in seipsis, altera qua easdem in suâ Omnipotentia cognoscit. De creaturis possibilibus ut per hanc secundam scientiam repræsentantur, prout scilicet sunt termi- nus divinæ Omnipotentia, non videtur dubium, quin amor Dei, saltem indirectè, ad illas termine- tur: Deus quippe amando suam Omnipotentiam, amat pariter ea quæ ad illius constitutionem sunt necessaria. Præsens ergo controversia procedit de creaturis possibilibus, prout per primam scientiam, seu in seipsis à Deo cognoscuntur, idque purè se- cusadum earum possibilitatem: certum enim est, Deum aliquas ex iis in ordine ad existentiam, vel absolutam vel conditionatam, amare.

I. Duplex in Deo possibi- lium cognos- cendi modus.

Declaratur præsens con- troversia.

Prima sententia affirmat, Deum erga creaturas purè in suâ possibilitate nullum omnino habere affectum. Hæc videtur communis Thomistarum opinio. Citatur etiam pro eadem Alensis 1. parte qu. 34. memb. 3. S. Bonaventura in 1. d. 45. a. 1. q. 2. Hanc etiam sententiam nonnulli ascribunt Suarîo; ejus tamen mens hac in parte non est ita clara, quin possit pro contrario citari.

II. Prima sen- tentia negat Deum ama- re purè possi- biles.

Secunda itaque & multò communior sententia asserit, Deum affectu complacentia ferri in res purè possibiles. ita Scotus in 3. d. 32. quest. unica, Vas- quez hic, disp. 79. cap. 2. Erice primâ part. disp. 18. cap. 1. Arrubal hic, disp. 53. cap. 3. Tannerus 1. p. disp. 2. quest. 10. dub. 1. num. 6. & dub. 4. num. 5.

III. Secunda & probabilior sententia ait, Deum ama- re res possi- biles.



Alarcon hic, disp. 3. cap. 3. P. Arriaga hic, disp. 2. 4. sect. 5. quam etiam sententiam ut probabiliorem cenfeo amplectendam.

IV. *Ostenditur, non repugnare Deo amore creaturarum pure possibilium.*

Ratio est primò, nam ex parte objecti est sufficiens bonitas ad terminandum actum amoris; & ex parte Dei amor ejusmodi nullam arguit imperfectionem, ergo. Secunda pars probatur, quia nec ex parte objecti pure possibilis, Angeli exempli gratià, leonis, aut hominis, est aliquid mali, nec etiam ex parte modi tendendi apparet quidquam Deo indignum; ergo nulla sequitur in Deo imperfectio ex eo quòd affectu aliquo feratur ad pure possibilium.

V. *In rebus possibilibus est bonitas sufficiens ad terminandum amorem.*

Prima itaque pars antecedentis probatur primò: non enim bonum tantum simpliciter, seu actu existens, sed etiam secundum quid, terminare potest amorem; nos quippe res in eo statu amare possumus, seu prout abstrahunt ab omni existentia: imò in hoc consistit amor strictus, ergo & Deus amare illas poterit. Omne ergo bonum, siue sit bonum simpliciter, siue tantum secundum quid, est objectum voluntatis, & consequenter hæc, ubicunque objectum suum invenit, prodire poterit in actum, & erga illud affici.

VI. *Uterius ostenditur rationem aliam quam boni in rebus possibilibus reperiri.*

Secundò probatur: de omni namque bono utili, seu conveniente, eo modo quo est utile & conveniens, gaudere quis potest, ubi non est peculiaris ratio in contrarium, sed res possibile quòd possibile, sunt aliquo modo, saltem per modum conditionis, Deo utiles; primò, quia, ut supra diximus, nisi creaturæ essent possibile, Deus non haberet omnipotentiam. Deinde, in omni sententia sunt saltem per modum conditionis utiles ut Deus aliquid ad extra possit producere; res siquidem possibile ad hunc effectum aliquà ratione conducunt, qua non conducunt impossibile: ergo sub hac ratione possunt à Deo amari, & Deus in iis complacere, seu gaudere.

VII. *Non in omnibus rebus possibilibus complacentiam habet Deus.*

Dixi, ubi non est specialis ratio in contrarium; in peccato quippe possibile, peccatum cum sit, peculiaris cernitur ratio cur in eo Deus non complacere. Erice tamen citatus num. 9. & alii Deum aiunt amare peccatum possibile, merè ut connotat omnipotentiam divinam, tanquam terminus illius; ut enim præcisè esse potest ab omnipotentia, non est malum, sed tantum ut aptum est procedere à facultate creatà: sicut enim actualis concursus ad peccatum est malus tantummodo ut procedit à voluntate creatà, ut sic enim est difformis rectæ rationi; non ut procedit à Deo, sic namque est secundum rectam rationem, est enim conforme rectæ rationi ut Deus servet indemnem libertatem creaturæ, camque compleat: hoc enim faciendo, exercet perfectissimè munus causæ primæ in quo nihil malum aut rationi difforme: sicut, inquam, actualis ad actum peccaminosum concursus non est malus ut procedit à Deo, ita nec malus erit idem concursus possibilis.

Quorundam circa peccatum possibile discursum.

VIII. *Quo sensu complacet Deus in creaturis possibilibus.*

Dices: amare est velle bonum, Deus autem non vult bonum creaturis pure possibilibus, nam velle iis bonum est velle illas existere, quod tamen non vult; sic enim non manerent intra limites pure possibilium. Respondeo, hoc ad summum probare, Deum non amare creaturas possibile amore benevolentis proprie sumptæ, quæ sortè vel includit vel insert beneficentiam: habet nihilominus affectum quendam erga eas, per quem complacet in earum prædicatis essentialibus, quòd scilicet ejusmodi sint, quæ non repugnent poni à parte rei; quam complacentiam non habet, nec habere potest de impossibilibus.

Dices secundò: S. Thomam hic, quæst. 19. a. 6. ad 2. asserere Deum non velle omne bonum, sed illud solum quod existit in rebus creatis; hujusmodi autem non sunt pure possibilium. Contra: nam S. Thomas hic, quæst. 20. art. 1. ait, amorem esse de bono siue habito, siue non habito; id est, de bono abstracto ab existentia, & non existentia: ergo censet ferri posse actum amoris in rem mere possibilem. Respondeo itaque S. Thomam ibi solum loqui de voluntate efficaci; quærit enim utrum voluntas Dei semper impleatur: unde cum dicit Deum non velle omne bonum, intelligit ita ut velit efficaciter illud producere: hoc enim sufficiebat illius intento.

IX. *Non negat S. Thomas Deum amare creaturas pure possibile.*

SECTIO SEPTIMA.

An hæc Dei in rebus possibilibus complacentia, necessaria sit, an libera.

PROBABILIIUS mihi videtur, complacentiam illam esse necessariam. Omisiss aliis probationibus, ratio videtur, quòd Deus necessariò amet se, ac suam omnipotentiam, & consequenter ea quæcumque Omnipotentia essentialiter connectuntur: quod addo propter peccatum, quod licet aversetur Deus in quantum est quid contra rationem, & præcepta Dei; ut tamen præcisè est terminus Omnipotentia Divinæ, multi putant posse Deum de illius possibilitate complacere: quod minus difficile est, si malitia peccati consistat in privativo.

I. *Hic Dei amor respicit creaturas pure possibile, est necessarius.*

Hæc quidem ratio probat, complacentiam quam Deus habet de creaturis possibilibus, ut relucet in Omnipotentia Divinæ, & ut sunt terminus illius, esse necessariam; ut verò ad eandem terminatur in seipsis, multi putant hanc complacentiam esse liberam, nec in iis quidquam reperiri, quod ad illas, etiam affectu simplicis complacentia profectendas, divinam voluntatem rapiat.

II. *Sine complacentia de rebus possibilibus in seipsis necessaria.*

Mihi tamen dici posse videtur, hanc complacentiam Dei in creaturis possibilibus esse necessariam: ita P. Granada hic, tract. 3. num. 5. P. Herice hic, tract. 2. disp. 18. cap. 1. num. 8. & P. Arriaga hic, disp. 2. 4. sect. 6. num. 4. 4. Ratio est: tum quia nihil contra hanc necessitatem afferri potest, quod magnopere urgeat, ut ex argumentorum solutione mox constabit: tum quia, ut rectè ibidem observat P. Arriaga, nullam arguit in Deo imperfectionem hujusmodi complacentia; nullum enim tollit Dei in creaturas dominium, cum ex vi hujus complacentia non magis teneatur eas producere, quam non producere, est quippe simplex & inefficax tantum complacentia, sicutque merè in prædicatis earum possibilibus: ergo non est cur Deo denegetur, maxime cum in hoc actu vitetur difficultas actus liberi, quæ, quantum possumus, est declinanda.

III. *Hæc Dei complacentia est necessaria.*

Probant alii secundò: in Deo enim, inquit, dari nequit pura omisio; ergo aliquem voluntatis actum circa creaturas possibile habere debet: sed non potest habere displicentiam, cum creaturæ in illo statu sint bonæ; ergo debet de iis habere complacentiam. Hæc tamen ratio parum videtur efficax; quamvis namque concederetur non posse in Deo esse puram omisio, posset nihilominus nec amorem, nec displicentiam circa creaturas possibile habere, sed versari circa eas positive, non pure omittere, dicendo nimirum, Nolo de creaturis possibile complacere.

IV. *Alia inefficax ratio est Dei complacentia de rebus possibile sit; necessaria.*

Obijciunt

V. Obijciunt aliqui primò: bonitas, quæ in creaturis possibilibus relictet, non est infinita; ergo non potest Deum ad earum amorem necessitare. Respondetur, infinitam, seu summam bonitatem solum requiri, ut quis ad amorem alicujus efficacem necessitetur, non ad inefficacem, & simplicem tantum complacentiam. Quamvis autem hæc complacentia in creaturis possibilibus sit Deo necessaria, non tamen illum cogit ad eas producendas, sed solum complacet in bono illo, quod in prædicatis earum possibilibus relictet, ut scet. præcedente declaratum est. Unde idem existimo de creaturis existentibus: quamvis enim Deus liberè eas producat, posito tamen quòd produxerit, necessariò in earum existentia, inefficaci, hoc est, simplici amore complacet, non minus quam in possibilitate.

VI. Obijciunt secundò, hinc sequi, Deum æquè amare creaturas possibilis, ac seipsum; amor namque Dei erga seipsum est tantum inefficax; Deus siquidem, cum necessariò essentialiter existat, capax non est amoris efficacis, utpote qui semper ad effectum tendit rei illius, ad quam terminatur; ergo si Deus necessariò amet creaturas possibilis, æquè illas amabit ac seipsum. Respondetur tamen negando sequelam; quantumvis enim Deus necessariò complacet in creaturis possibilibus, sicut in seipso; complacentia tamen Dei erga seipsum est virtualiter efficacis, ita ut si Deus non haberet existentiam, & penes ipsum esset eam sibi tribuere, ex vi hujus complacentiæ illam tribueret: quod secus contingit in complacentiâ de creaturis possibilibus, quæ & formaliter & virtualiter est inefficax: de facto enim cum hac de illis complacentiâ stat negatio existentie in infinitis creaturis, quas Deus non produxit, nec unquam producat.

Amor Dei erga seipsum, sit virtualiter efficacis.

VII. Obijciunt alii tertio apud P. Herice citatum num. 7. Deum in creaturis possibilibus reperire aliquam rationem mali, respectu namque Dei, inquirunt, sunt mala; obstant enim quo minus Deus sit unicum ens possibile: unde ob hanc rationem mali, amor Dei erga creaturas hæc retardatur, & non est necessarius. Sed contra: nam, ut rectè P. Herice num. 8. hinc sequeretur, Relationes aliarum duarum Personarum in divinis Patri aeterno esse malas, cum in causâ sint, cur Pater solus non sit Deus, & Persona divina. Dico itaque tantum abesse, ut creaturæ possibilis sint Deo mala; ut bonæ potiùs sint respectu illius, conducunt siquidem ad liberalitatem, ac misericordiam, aliæque attributa ostendenda. Addo, si non essent creaturæ possibilis, Deus non solum non esset unicum ens possibile, sed nec omnino ens possibile, utpote qui, ut supra, & Disputatione sextâ Physicorum ostendit, dicit Relationem transcendentalem ad creaturas, siquæ, iis implicantibus, implicaret.

Ad varia Dei attributa ostendenda, iurât creaturæ possibilis.

VIII. Nec etiam urget, quod ex eisdem loco citato affert P. Herice, Deum scilicet in unione Hypostaticâ rationem aliquam mali, sibi quæ disconveniens invenire, quòd nimirum per illam fiat, ut non sit in unica naturâ divinâ singularis hæc excellentia, eam scilicet solam esse dignam, quæ adoretur adoratione latriæ: & ob hanc, inquirunt, causam amor Dei, seu complacentia in unionis hujus possibilitate non est necessaria. Hoc, inquam, non urget; ex unione enim Hypostaticâ nihil decedit de dignitate divinæ naturæ, cui integrum adhuc manet singulare illud privilegium, Dei proprium, videlicet naturâ suâ exigere adorationem latriæ: quod verò ratione naturæ divinæ hoc aliis etiam per participationem communicetur, nihil Dei ex-

cellentia detrahit, sed ejus potiùs dignitatem, & eminentiam commendat.

Quæres, utrùm Deus amet etiam impossibilia? Certum est, Deum non ea amare amore proprio dicto, cum nullum iis velit bonum. Imò existimo, in ipsis præcisè quoad prædicata illa impossibilia spectatis, Deum ne quidem habere simplicem complacentiam; cum nihil in se habeant aptum ad gaudium, vel complacentiam terminandam. In quibusdam nihilominus, quæ ad Dei perfectionem quadantenus redundant, ut est impossibilitas alterius Dei, quartæ Personæ in Trinitate &c. complacet Deus: hoc tamen est non tam in eorum imperfectione, quam suâ perfectione gaudere.

IX. Num Deus amet etiam impossibilia.

SECTIO OCTAVA.

An hæc Dei in rebus possibilibus complacentia sit respectu omnium æqualis.

NON procedit præsens quæstio de æqualitate graduâli; Deus enim, substantia cum sit, nullamque insuper, ut supra vidimus, compositionem admittat, diversos intentionis gradus in amore suo habere nequit, sed hic ejus in res omnes affectus est simplicissimus, omni quæ ex parte indivisibilis. Loquimur itaque in præfenti de amore appetitivo; utrùm scilicet Deus magis rem unam appetit, seu affectivè ei adhaereat, majore quæ, ut ita dicam, pondere in eam feratur, quam in aliam: & sicut diversas variarum rerum excellentias cognoscendo, Angelum videlicet, hominem, aquilam, formicam &c. magis unam ex his rebus æstimat quam aliam, & juxta cujusque perfectionem, unam alteri præfert, ita utrùm idem sit de amore seu complacentiâ, quam duabus proximis sectionibus, respectu omnium possibilium, in Deo diximus reperiri: utrùm nimirum major esse possit respectu unius objecti, quam alterius.

I. Non est sermo de æqualitate graduâli, sed appetitivo.

Status præfentis controversiæ magis declarat.

Ratio autem dubitandi est; amor quippe Dei, ut proximè diximus, est omnino indivisibilis, idemque planè actus ex parte Dei, quo res qualque nobilissimas & vilissimas, putâ Angelum, & formicam, prosequitur, ergo Deus ex parte suâ omnia amat æqualiter, in eodem enim actu esse nequit inæqualitas, sic enim idem esset inæquale sibi.

II. Ratio dubitandi desumitur ex indivisibilitate actus divini.

Hæc tamen ratio, meo judicio non convincit, & in variis instari potest actibus, tum voluntatis, tum intellectûs, qui quamvis sint in entitate indivisibiles, respectu tamen diversorum objectorum, virtuales habent diversitatem, eumque cui insunt, circa diversa objecta diversimodè afficiunt. Imò in ipsis sensibus hoc cernitur, objecta namque diversissima, ut albedo & nigredo juxta communem Philosophorum sententiam, eadem visione indivisibiliter representantur; indivisibiliter, inquam, esto enim visio materialis tam intensivè quam extensivè sit divisibilis, nulla tamen illius pars est, etiam minima, quæ utrumque hoc objectum, albedinem scilicet & nigredinem non representet, & tamen inæqualiter, multò enim clarior est respectu albedinis quam nigredinis, ut constat. Quod adhuc clarius cernitur, si duo vel plura objecta inæqualiter distantia, eodem actu represententur; in hoc enim casu, quod vicinior est, clarior per actum illum videtur, quam objectum remotius.

III. Aliter in se realiter indivisibilis, virtualiter multiplex esse potest, respectu plurium objectorum.

Hoc idem contingit in actu intellectûs, simpliciter scilicet apprehensione eorundem objectorum ex hæc

IV.

Variis actus indivisibilibus, representantibus diversis objectis inaequaliter.

Idem actus, certus & incertus.

V. Offenditur, actum entitatis indivisibilem, posse plura inaequaliter amari.

VI. Res interdu perfectiores ad imperfectiores ordinat Deus.

VII. Quo ordine amat Deus res actu existentes.

VIII. An Deus magis praedestinatum amat, quam reprobum.

Varia hac in re tempora consideranda.

ex hac illorum visione orta: eodem enim modo objecta illa representat intellectui, quo visio sensui. Sic idem indivisibilis actus intellectus respectu diversi objecti, esse simul potest intuitivus & abstractivus: visio enim beatifica, per quam in Deo videntur creaturae, respectu Dei clarè visi, est intuitivus, respectu creaturarum abstractivus, ac proinde hæc eadem numero visio est multò clarior respectu Dei, quàm respectu creaturarum. Addo ulterius, posse eundem actum intellectus respectu diversorum objectorum esse certum & incertum; in hoc enim nihil involvitur implicantiæ, cum contradicção solùm exerceatur circa idem objectum, ut apud omnes est in confesso.

V. Hinc ergo infero, quòd actus, seu amor, quo Deus in possibilia fertur, sit indivisibilis, non obstare quo minus possit per eum res varias amare inaequaliter, unamquamque juxta insitam sibi perfectionem; quòd enim excellentior res quæque est, & in prædicatis essentialibus præstantior, eò est amabilior, aptiorque in qua Deus magis complacet, & amore appetitativo suprâ num. primo explicato, eidem magis, adhaereat. Plus itaque naturali hac complacentiâ, Angelos quàm homines, rationalia quàm irrationalia, res denique omnes, in suo quamque gradu amat Deus, & in eas affectivè propendet, atque ordinem inter illas quandam, ac proportionem servat.

VI. Hinc tamen non sequitur, quin non obstantè naturali hoc affectu, rebus omnibus proportionato, possit Deus interdum per alium amorem, hunc ordinem invertere, & res, quas appetitativè magis diligit, ad aliarum rerum minus perfectarum bonum ordinare, & hoc sensu res minus perfectas perfectioribus in amore aliquo modo antepone. Sic ad hominum tutelam Angelos, naturæ dignitate hominibus præstantiores destinavit, & ad sphaerarum caelestium administrationem ac motum, Intelligentias. Imò variis etiam rerum sublunarium speciebus singulos Angelos præfici non pauci docent ex Theologis.

VII. Quoad res verò existentes, seipsum inprimis Deus magis, quàm alia omnia diligit: deinde Christum Dominum, etiam ut hominem: mox Virginem Matrem plusquam homines omnes & Angelos, utpote in quam tot, tamque eximia beneficia cumulata ad eò profudit, & in Matrem Dei, quæ dignitas omnem puræ creaturæ dignitatem superat, exevit.

VIII. Quæres, magisne hoc amoris genere Deus prædestinatum amat, an reprobum. Si secundum se, & specificativè spectentur, præcisè scilicet ut duo homines sunt, & juxta prædicata tantum essentialia, amat eos Deus aequaliter; ut sic enim nulla apparet inter eos discrepantia. Sin verò reduplicativè sumantur, & prout prædestinati sunt, aut reprobi, haud dubiè magis amat Deus prædestinatum, utpote cui simpliciter vult majus bonum, gratiam scilicet finalem, & beatitudinem æternam. Tandem, si secundum statum illum considerentur, quem habent dum simul in hac vitâ degunt, magis amare potest reprobum, cum aliquo tempore plus habere gratiæ queat, quam prædestinatus: quò autem plus habet gratiæ, eò est Deo charior, plusque ab illo hoc nomine diligitur.

SECTIO NONA.

Vtrum in Deo dari possit pura omisio. Vbi etiam de decretis conditionatis.

DEUS per scientiam simplicis intelligentiæ multa videt possibilia, ut alium mundum, variasque rerum, tum materialium, tum spiritualium species & individua, quæ tamen de facto non vult unquam producere. Præfens ergo controversia in eo versatur, utrum actu positivo debeat Deus nolle harum rerum existentiam, an possit merè se circa eas habere negativè, nullum scilicet de iis actum eliciendo, sed purè omittendo, positivamque omnem voluntatis in illas, vel earum negationes tendentiam liberè coercendo.

Prima, eaque communis ferè inter recentiores opinio negat puram omisionem esse Deo possibilem, atque quando voluntas divina non vult aliquid esse, hoc non aliter quàm per positivam determinationem, ac tendentiam fieri posse, qua decernit rem illam non producere: ita Valq. 1. p. Disp. 79. cap. 3. Arrubal hic, Disp. 56. num. 10. Erice hic, Disp. 19. cap. 5. Alarcon 1. p. Disp. 3. cap. 5. P. Arriaga 1. p. Disp. 29. num. 23. P. Fran. Vekenus hic, Disp. 24. cap. 3. num. 10. & alii.

Mihi tamen probabilius videtur, puram omisionem, à Deo non esse excludendam, sed integrum ei esse, vel actu positivo nolle rem aliquam existerè, vel merè negativè circa illam se habere, sicque uno vel altero modo hac in parte, suo arbitratu posse Deum procedere. ita sentire videtur Halensis 1. p. q. 34. memb. 4. S. Bonav. in 1. dist. 45. a. 1. q. 2. & alii. In quod etiam non parum propendere videtur Doctor ipse Angelicus, tenentque nonnulli ex recentioribus. In qua etiam opinione esse P. Suarium cum aliis ostendam num. septimo.

Ratio est: pura enim omisio libera, quamvis non eam in se contineat perfectionem, quam habet positiva nolitio, nullam tamen in eo cui inest, arguit imperfectionem: Deo autem, ut suprâ vidimus, non repugnant illa, quæ minorem tantum perfectionem continent, sed illa solummodo, quæ indecori aliquid, aut indecentis in se involvunt. Sic Disputatione vigesima-secundâ, sectione quintâ, num. 6. & sect. 6. num. 4. & deinceps cum aliis diximus Deum se & in creaturis, & ex creaturis cognoscere: qui actus, quamvis non tam perfecti sint, atque actus quo Deus se cognoscit in seipso: admitti tamen in Deo eos posse ostendimus, quod nihil in se indecori contineant. Hac etiam disputatione, sect. 1. cum aliis dixi, Deum se propter creaturas amare posse, esto hic actus non sit tam perfectus atque ille quo sese amat propter seipsum. Addo, quamvis pura omisio non sit tam perfecta, ac nolitio positiva, potestas tamen ad utramque perfectior videtur, quàm potestas tantum ad alterutram, utpote libertas extensivè major.

Secundò probatur: nisi enim detur in Deo pura omisio, sequitur eum actu habere infinites infinita decreta quibus conditionatè statuatur quid in talibus vel talibus rerum diversarum circumstantiis sub omni excogitabili hypothese esset ipse facturus: ut, si creâsem alium mundum, decrevissem incarnari vel non incarnari Spiritum Sanctum: item si tales vel tales Angelos produxissem, hæc vel illis dedissem auxilia, & infinita hujusmodi, quæ, ut

I. Status quo stionis proponitur.

II. Prima sententia negat puram omisionem dari posse in Deo.

III. Dari in Deo potest pura omisio.

IV. Pura omisio libera nullam in seipso involvit imperfectionem aut indecorum.

Non omni actum in Deo reprobis, & ratione nostrâ perfè dissimul.

V. Si non sit in Deo pura omisio, inferretur in eo erunt decreta conditionata, planè otiosa.

ait

ait Suarez To. I. de Gratia, Proleg. 2. cap. 8. Granada hic, q. 14. a. 13. Erice Disp. 7. num. 39. Arriaga hic, d. 21. lect. 3. num. 17. & Disp. 25. sect. 2. num. 15. & alii, penitus otiosa sunt, utpote quæ ad nihil deserviunt, nec ullum habere possunt effectum; eaque proinde rejiciunt, ut Deo profus indigna. Quod adhuc clarius constat in decretis conditionatis de rebus planè disparatis, in omni imaginabili rerum combinatione sub hac vel illa hypothese ponendis.

VI. *Uterius ostenditur, puram omisionem in Deo reperiri.*

Ex quibus, dari in Deo puram omisionem sic ostendo: Deus secundum hos auctores, & communem Theologorum sententiam, non habet infinita hujusmodi decreta conditionata, quæ nullum habebunt unquam, nec habere possunt effectum; ergo circa objecta illa non se per actum aliquem determinat, vel positivè scilicet sub conditione ea volendo, vel etiam positivè nolendo; sic enim de altera parte statueret, & infinita hæc haberet decreta conditionata otiosa. Hinc ergo aperte sequitur, Deum circa hæc objecta habere se merè negativè, quod est actum omnem suspendere, & habere puram omisionem.

VII. *Quoniam admittere in Deo debent puram omisionem.*

Auctores ergo qui hæc in Deo decreta reperiri negant, Suarez præsertim, & illi qui actum Dei liberum ponunt adæquatè Deo intrinsecum, puram in eo omisionem agnoscere necessariò debent, cum non sit medium inter positivè in hanc vel illam partem decernere, & non decernere positivè, quod est purè omittere.

VIII. *Omnia decreta conditionata non sunt rejicienda.*

Nonnulli, ut P. Alarcon i. p. tract. 3. Disp. 5. cap. 8. & P. Granada hic, tract. 4. Disp. 2. num. 6. ita decreta conditionata averfantur, ut in contrarium extremum vergant, nullumque omnino decretum conditionatum in Deo admittendum esse affirmant. Existimo nihilominus, omnia decreta conditionata à Deo non esse releganda: ita Suarez, & alii citati. Ratio est: in Sacris enim Literis revelat Deus, si ad eum redierit peccator, & poenitentiam egerit, fore ut illum recipiat, juxta illud Ezechielis 18. v. 21. *Si impius egerit poenitentiam, &c. omnium iniquitatum ejus non recordabor.* Item in bonis operibus ad finem usque vitæ persistentibus caelestem gloriam promittit: sic Matth. 10. v. 22. ait Christus, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Hæc autem, ut constat, sunt decreta conditionata. Nec, ut contendit P. Granada citatus, hujusmodi decretum, quamvis nullum sortiretur effectum, esset otiosum, plurimum enim conducit ad Dei erga homines amorem ostendendum, sicque non caret fine.

Varia decreta Dei conditionata.

IX. *Quoniam decreta conditionata Deum deinceps.*

Illæ ergo tantummodo rejiciuntur in Deo decreta conditionata, ut rectè Suarez & alii, quorum conditio, sub qua fiunt, à solo Deo pendent, quam tamen ipse conditionem statuit nunquam ponere, ut, si creavero alium mundum, hoc vel illud faciam, &c. Quemadmodum si homo quispiam, qui firmissimè statuit nunquam ire Constantinopolim, se nihilominus in istiusmodi imaginationibus, & conditionatis volitionibus detineret, quid scilicet ipse facturus esset, si foret Constantinopoli: quisquis, inquam, hoc præstaret, ab omnibus parum prudenter agere censeretur, & tempus inutiliter impendere. Sicut etiam vitio verteretur plebeo cupiam, & infamæ sortis homini, qui ferid apud se deliberaret, quid, si ad Regiam dignitatem eveheretur, esset facturus, quo pacto regnum administraturus, quæ gesturus bella, quos & quibus honores collaturus &c.

Res hæc exemplis illustrantur.

X.

Hanc rationem eo fusiùs proposui, quòd ad probandam puram omisionem magni à nonnullis

fieri animadvertam: vereor tamen ut concludat; meo enim judicio vel non omnino probat omisionem horum decretorum in Deo reperiri, vel probat eam esse necessariam.

SECTIO DECIMA.

Argumenta contententia, non posse dari in Deo puram omisionem.

Obicit primò P. Arriaga hic, Disp. 29. num. 23. perfectior operandi, & libertatem exercendi modus est per actum positivum, quam per puram omisionem, ergo hic modus tribui Deo debet, non omisio; Deo quippe perfectissima omnia sunt adscribenda. Sed contra: ipse enim Disp. 18. sect. 3. Deum ait cognoscere se in creaturis; & Disp. 24. sect. 4. num. 30. affirmat Deum amare se propter creaturas, quamvis fateatur cognitionem illam Dei non esse tam perfectam ac scientiam, qua se cognoscit in seipso, nec etiam hunc amorem in perfectione æquare illum quo Deus se propter seipsum diligit. Denique sæpe docet, in Deo non esse actus tantum perfectissimos, sed posse actus etiam minus perfectos in eo admitti, modò positivam in se imperfectionem non involvant. Eodem ergo modo, licet pura omisio non sit tam perfectum exercitium libertatis, ac est nolitio positiva, non tamen est cur à Deo, ut ei impossibilis rejiciatur.

I. *Quid pura omisio non sit perfectissimus modus exercendi libertatem, non sequitur eam Deo repugnare.*

II.

Addo, quamvis omisio ipsa non sit perfectio, arguere tamen, ut sect. præcedente, num. 4. dixi, perfectionem extensivè majorem in principio: sicut homo ille, vel Angelus, qui simul, & positivè nolle posset, & liberè omittere, majorem latitudinem libertatis haberet, quam is, qui ad unicum exercitium libertatis restringeretur.

Pura omisio arguit perfectionem in principio.

III.

Obijciunt alii secundò: in purà omisione, nulla est laudabilitas; parum autem Deo dignum videtur, ut exerceat libertatem, & non laudabiliter. Sed contra: si namque Deus nihil omnino, ut potuit, creasset, non fuisset completè laudabilis; quis enim eum laudasset, cum nihil omnino præter Deum extitisset? Respondetur itaque, cum, juxta S. Thomam, Deo ratione suæ essentia, laus non debeatur, sed solummodo ratione effectuum, quos ad bonum, & utilitatem nostram producit: si nihil omnino creare voluisset, sive id per positivam volitionem fecisset, sive per omisionem puram, eodem modo potuisset hoc titulo non se præstare laudabilem.

An defectu laudabilitatis repugnet pura omisio in Deo.

IV.

Obijciunt tertio S. Augustinus, qui de Prædestin. Sanctorum, cap. 8. sic habet: *Quos docet (Deus) misericordiat docet, quos non docet, judicio non docet:* ergo juxta S. Augustinum, Deus negationem doctrinæ in hoc casu vult positivè, actus quippe judicii est quid positivum; non pura omisio. Respondetur, non negare me, posse Deum negationes velle positivè, sed solum contendo posse eum etiam contrarium, & rerum productionem purè omittere. Unde miror hanc à nonnullis inferri consequentiam: *Deum potest positivè res aliquas nolle, ergo non potest alio modo circa illas versari,* purè scilicet eas omittendo, quæ consequentia, ut jam ostendi, nulla est.

Non rectè ex S. Augustino contendunt aliqui, non posse puram omisionem in Deo reperiri.

V.

Quandocumque igitur Deus ex motivo aliquo rem quampiam omittit, ut cum Populum Israëliticum toties sibi rebellem, rogatu Moysis non delavit: cum Davidem ob gravissima illa adulterii & homicidii

Quando censetur Deus negationes aliquas velle positivè.

homicidii peccata de regno non deturbavit, sicut antea deturbaverat Saullem; cum denegat reprobis gloriam, hominesque in dies juxta iniquitatum ab iis commissarum meritum non punit, & id genus alia: hæc, inquam, cum ex misericordiâ, vel justitiâ præstet, & consequenter motivum aliquod habeat, negationes istas necessariò vult positivè; arguunt siquidem tendentiam positivam, ut constat. Hinc tamen, ut dixi, perperam quis inferret, Deum non posse aliter procedere, & circa res varias merè se habere negativè. Certè nihil video quod con-

trarium evincat.

Disputant hic aliqui de æqualitate & inæqualitate divinorum actuum; utrum nimirum ratione nostrâ, (realiter enim, ut sæpè dictum est, omnia in Deo sunt idem) aliquis inter eos reperiri excessus possit. Sed rem hanc suprà in tractatu de scientiâ Dei discussi, ubi ostendi inter diversos divinæ cognitionis actus dari inæqualitatem, aliosque aliis esse perfectiores. Idem proinde nunc dici debet de actibus voluntatis. Videatur sectio octava hujus Disputationis.

VI. De æqualitate divinorum actuum dictum est suprà.

DISPUTATIO XXVIII.

De affectibus Divinae Voluntatis.

Undecim diversi animi affectus, sex concupiscibilis, quinque irascibilis.

SANCTVS THOMAS 1. 2. quest. 23. & 25. undecim diversos actus, seu affectus enumerat, sex ad partem, ut ita dicam, animi concupiscibilem spectantes, quinque ad irascibilem. Affectus prioris generis sunt Amor, Desiderium, Delectatio, quibus opponuntur Odium, Fuga, & Tristitia. Affectus verò posterioris generis, seu ad irascibilem spectantes, sunt Spes, Desperatio, Audacia, Timor, & Ira. Cum ergo de Amore & Delectatione, seu Gaudio egerimus, quo pacto in Deo tum respectu sui, tum creaturarum reperiantur, nunc de reliquis inquirendum, possint necne sine incommodo in Deo admitti.

SECTIO PRIMA.

Sintne in Deo Desiderium, Odium, Fuga, & Tristitia.

I. Deus respectu boni proprii, non habet desiderium, nec fugam contrarii.



UOAD primum, certum est in Deo respectu boni proprii, & perfectionum intrinsecarum, non esse desiderium: hoc quippe est de bono non habito, seu absente; nihil autem à seipso abesse potest. Fugam etiam mali, huic bono oppositi habere similiter nequit, id enim malum ei accidere est impossibile.

II. Boni verò nostri habere potest Deus desiderium, & fugam oppositi.

At circa bonum nostrum potest Deus habere desiderium; hic enim affectus, ut dixi, est appetitus boni nondum habiti, hujusmodi autem affectum habet Deus; quo sensu S. Chrysostomus Hom. 1. in Epist. ad Ephesios exponit verba illa Apostoli 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Ratio est: nam multa bona creata Deo absunt, utpote cui omnia ab æterno, & modò etiam infinita non sunt præsentia, & ex iis varia per modum finis obtinere intendit, ergo in ea fertur verò affectu desiderii. Et idem est de fugâ mali nostri futuri, aut possibilis. Res verò præteritas, pro tempore quo sunt præteritæ, Deus non desiderat. Ita Suarez hic, lib. 3. de Attrib. positivis, cap. 7. num. 4. Vasquez. 1. p. disp. 84. cap. 1. Contrarium nihilominus tenet P. Granado hic, tract. sexto, Disp. 4. num. 3.

III. Quo sensu S. Thomas negat Deo desiderium.

Quando autem S. Thomas hic, q. 20. a. 1. ad 2. negat in Deo reperiri desiderium, tum quia desiderium est de bono non habito, tum ob imperfectionem quam hic affectus in se solet involvere: in primis tantum loqui videtur S. Doctor de deside-

rio boni proprii, ut rectè Vasquez & Tannerus citati, quod suprà num. primo diximus in Deo reperiri non posse. Quoad id quod addit de imperfectione, solum fortasse vult, desiderium quod in Deo est respectu boni creati, non esse nostro simile, in quibus desiderium plerumque cum anxietate quâdam, & solitudine est conjunctum.

Circa actum odii, divisos inter se video Theologos, affirmantibus aliis, aliis negantibus, quodque adhuc plus est, sacrarum literarum testimonia pro se utrisque afferentibus: sic enim Sapientiz 11. v. 25. dicitur: *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.* Eodem verò libro, cap. 14. v. 9. *Odium Deo ascribitur, sic enim habetur: Odium sunt Deo impius, & impietas ejus.* Malachiz item primo, v. 3. dicitur: *Dilexisti Deum, Jacob dilexisti, Esau autem odio habuit.*

Notandum, odium esse duplex, abominationis, & inimicitia. Odium abominationis est displicentia de objecto aliquo, dum quis illud averfatur. Odium verò inimicitia id dicitur, quo quis personæ alicui vult malum, pænæ scilicet inflictionem, aut quid simile. De odio itaque abominationis, consentiunt omnes in Deo propriè reperiri: verè enim peccatum, & illius intuitu peccator ei displicet: quo sensu intelligendus est locus ille Sap. 14. proxime citatus: *Odium sunt Deo impius, & impietas ejus.* Ratio autem est, hic siquidem affectus nullam arguit in Deo imperfectionem, sed perfectionem potius; sicut enim rectè rationi consonum est amare bonum, ita non est eidem disforme, imò maximè est conforme averfari & odisse malum. Quare odium hoc modo sumptum, in Deo reperiri admittunt passim Theologi: Molina 1. p. q. 20. a. 1. Suarez hic, lib. 3. cap. 7. num. 5. Vasq. 1. p. Disp. 84. c. 1. Granado Tract. 6. disp. 2. Tannerus d. 2. q. 10. dub. 2. n. 2. 4. & 5. Arriaga hic, d. 25. l. 4. n. 43. & alii. Circa

IV. Quo modo in Deo reperiantur affectus.

V. Odium duplex, Abominationis & Inimicitia.

Odium malum, arguit perfectionem.